



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

I. Qui spoliatus renuntiavit ecclesiae, etsi eam pluries abiurauerit, est restituendus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO  
CHRISTI  
1179.

fecit, postmodum sibi aliquam copulauit, est ab ea cogendus recedere. Verum si habitum non suscepit, nec professionem fecit, sed votum fecit, & se ad religionem transiturum promisit, licet postea matrimonium contraxerit, non est cogendus ad ecclesiam transire, & matrimonii vota rescindere. \* Item ex Concilio Toletano, vt clerici qui se fingunt habitu & nomine monachos esse. \*

DE SPOLIATIS RESTITVENDIS PARS XXII.

VEL NON.

CAP. I.

*Idem VVigorniensis episcopo.*

**S**OLICITE cures & diligenter, quo tempore H. renuntiauit ecclesie: & si vobis constiterit, ipsum spoliatum esse cum eidem ecclesie renuntiauit: si hac vice tantum renuntiauit, aut pluribus vicibus renuntiauit prescripte ecclesie, dummodo spoliatus renuntiauit, contra eum testes alterius partis de iuramento & de renuntiatione spontanee facta, nullatenus admittas: quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renuntiauerit, qui spoliatus renuntiauit. Sed testes H. qui pro se intendunt, quod violenter predicta ecclesia fuit spoliatus, dummodo idonei sunt, minime differas accipere.

Spoliatum iuramento renuntiantem, restituendum.

CAP. II. *Item decano Lincolnensi & abbati de \* Riuaus.*

Accepta conuestione P. clerici, quod violenter ecclesia de \* Sprotebtur fuisset spoliatus, discretioni tue, si bene meminimus, dedimus in mandatis, vt si per officiales venerabilis patris nostri Eboracensis archiepiscopi, apostolicę sedis legati, ex concessione ipsius in eadem ecclesia introductus fuisset, & inde per violentiam exire coactus, eam sibi auctoritate nostra restitui faciat. Quibus cognitis, responsum est, sicut nobis dicitur, ab aduersario ista omnia non debere proficere, eo quod spontanea voluntate prescriptam ecclesiam in presentia prefati archiepiscopi abiurasset. Quia vero non scripsimus idiotis, sed discretis personis, & nitimur discernere quid ratio dicat: discretioni vestre iniungimus presentium auctoritate, vt rei veritatem diligenter & subtiliter inquiratis, &

Idiotę, non discretę personę, preceptorias exceptiones reproband.

*Concil. Tom. 27.*

Kkkk